

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus ... Ad
Exequias ... Johannis Pauli Meschkeri, Telonio, quod Varnemundae est, Praefecti
desideratissimi, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos officiose invitati**

Rostochi[i]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77047554X>

Druck Freier  Zugang



Cobabus, M.,

in

J. P. M e s c h k e r.

Rostock, 1659.

46.

PROGRAMMA,

89.

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

MICHAEL COBABUS,

S.S. Th. D. & Mathem. P.P.

AD

Exequias,

Uli Nobilissimi Prudentissimique

D.N.

JOHANNIS PAULI
MESCHKERI,

Telonio, quod Varnemundæ est,
Præfecti desideratissimi,

Omnes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos officiosè invitat.



ROSTOCHI,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
Anno M DC. LIX,

Leriq; mortalium ut vitam non
suo merito afflant, ita de mor-
te injusta fere arbitria agunt. Ve-
rissime igitur Seneca, illa Roma-
næ Philosophiæ Siren: Sæpe debe-
mus mori, inquit; nec volumus: morimur, nec volu-
mus. Nemo tam imperitus est, ut nesciat sibi quandoque
moriendum: tamen cum prope accesserit, tergiversatur,
tremit, plorat. Nonne tibi videbitur stultissimus omni-
um, qui fleverit, quod ante annos mille non vixerat?
æquè stultus est, qui flet, quod post annos mille non vi-
vet. Hæc paria sunt: non eris, nec fuisti. Et alibi: Illud
in confesso est: quis sine querela moritur, quis extremo
die dicere audet

Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregit;
quis non recusans, quis non gemens exit? Utii, qui in
carcere sumi, elabivellint & possint, nisi custos re-
neat: sic in hac vita nos sistit ille velut commen-
tariensis, Amorvitæ. Hanc tenerimè amant &
sovent anxiæ, & omnibus modis tueri student
mortales: pro ea vota suscipiunt, & per varios
casus per que varia rerum discrimina jactari se pa-
tiuntur: huic arant, huic navigant, & arcana na-
tura

cūræ fœdera quasi pertrumpunt. Cūm tamen nihil aliud sit, quām scena vanitatis, stabulum calamatum, officina laborum. Ubi

*Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ,
Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus.*

Quapropter Euripidi vita nomine vita est, ipsâ re labor, tota autem flebilis. Urgebunt nova incommoda, priusquam veteribus satisfeceris. Mortem autem quām deprecantur & fugiunt? quām habent exosam & formidatam adeò, ut vel ad nudum ejus nomen toti cohorescant? Quæ tamen ærumnarum omniumque malorum persiguum est, & fida statio securitatis, ac portus quietis, ultra quem mala nostra non exēunt,

Ἄλγος δὲ τὸν ἄρδεννυν γένεσιν

Nullus dolor sequitur mortuos.

Verum ita comparatum est cum hominibus in commune, ut præsentibus in primis ducantur, futura aut negligat planè, aut minimūm dubitent, iisque maximè rebus metiantur felicitatem, quæ præsto atq; ad manus sunt, & desideriis eorum exemplidis, licet absurdis sæpius, maximopere faciunt. Longè aliâ mente præditus est CHRISTI miles, qui in iis quæ sperantur desfixus animo potius est, quām quæ tenentur. Itaq; cum nascitur, mortem ordiri censem: cùm obit & solvit, auspicari vitam existimat. Sane & barbari Scythæ prodeuntes in lucem excipere lacrimis, decedentes vitâ prose-

prosequi lætis omnibus felicesque vocare soliti sunt. Ettantum abest, ut mori fugiat Christianus; ut expetat potius ac optet liberari ergastulo corporis, & avolare ad illum, cuius Sacramentum hactenus portavit. Quid dicemus de Nobilissimo atque Eximio Viro JOANNE PAULO MESCH-KERO, telonii, quod S. Suecorum Rex ad ostium Varni, vulgo Varnemundam dictum, habet hancenus. Praefecto dignissimo & bene merente? Certè is ita vitam semper habuit, ut potius de illis laboraret, quæ exceptura essent ipsi summa defunctum; quamquam quæ jam vivum videntemque teneret. Itaque cum d. IV. Martii digrediendum ipse esset mundo, promitte id fecit & sine mutuere; pro certo obtinens, nihil revera mali inesse in morte, & hanc verissimè aditum aperire quandam ac januam veluti ad divinissimam & summam ac maximam felicitate affluentem perpetuo vitam. Quò magis mori, & eò venire desideravit. Idque hoc tempore maximè, quo Salvator gentium optimus se innocentem pro nobis exhibuit victimam, & ne nos æterni patris opus & fabrica periremus mortales, ipse mori voluit. Cui MESCHKERO, cum ad hodiernum diem justa exequiarum facienda sint, consuetudinis ratio postulat, ut aliquid de vita ipsius atque origine præmoneamus. Natus itaque est anno redempti orbis clx Ibc XX. Heidenheimi in Suevia. Patre egregio & prudentissimo Viro PAULO

PAULO MESCHKERO, Quæstore. Matrem ha-
buit REGINAM MULLERIAM, fœminā orna-
tissimam. Avum sortitus fuit JOH. PAULUM
MESCHKERUM, Consulem Heidenheimēsem
gravissimū, virum spectatæ fidei ac virtutis; Aviæ
nomen ignoratur. Hoc tñ. constat solidè, cùm
eo tempore tyrannis Pontificia iis in locis cum-
primis in valle scere inciperet, & omnia agere pro
cœco imperu, ipsam quoque in eam calamitatem
incidisse, quæ omnes pios atq; fideles cum primis
manebat, adeoq; in exilium actam fuisse tandem.
Egregiam verò fuisse matronam, tantæ virtutis
niepos testari de ea satis superq; potest. Solent n.
nasci ferme ex bonis bona: & quæ in parentib⁹
olim virtus micuit, ea in liberis etiam elucescere
plerumq; solet. Infans salutaris fonte lustratus in
omni sanctitate & pietate adolevit. Factum de-
inde consilio ac cura Parentum est, ut quā erat
in dñe adolescentulus, literis traderetur, & in Lu-
dum primū Schörendorffensem Ducatus Wir-
tembergensis, postea in Gymnasium Norimber-
gense amandaretur, ubi annis aliquot ita profecit
subinde, ut fidei orthodoxæ fundamenta strue-
ret non modò firmiter: sed & in artibus ac disci-
plinis iis præcipue, quæ ad orationem aut exor-
tiandam formandamque peritè, aut de promen-
dam etiam ex locis suis & quasi sedibus facerent,
egregiam sibi scientiam Latinam pariter & Græ-
cam,

cam, compararer. Hinc in Altosserniam, utpote
in vicinia sitam Norimbergensium Academiam
se contulit, ubi & Philosophicis, cum maximè au-
tem Moralibus studiis, & ipsi Jurisprudentiæ de-
inceps operam dedit. Exacto ibi biennij spatio,
cùm redditum in patriam difficultem sibi, ac formi-
dabilem modis omnibus ob religionis caussas vi-
deret, ad maximum illum Suecorum Consiliari-
um bellicum D. SALVIUM cum literis commen-
datitiis ivit, eo animo ut Virum summum
in amorem sui alliceret. Quæ ipsum mens non
fesellit. Ipso eodem enim anno inter Actuarios
Cancellariæ Sedinensis asscriptus fuit. Postea
temporis supremo teloniorum Inspector per Li-
voniam PETRO OLIGERO ROSENBAU-
MIO Secretarius datus est. Quod munus ali-
quot annis prudentiâ summa ac integritate incre-
dibili gessit. Non minore rei publicæ bono,
quàm nominis sui gloriâ ac fama. Quo factum ut
dignus haberetur præcipue, cui, defuncto jam su-
premo teloniorum per Pomeraniam & Meck-
lenburgum Inspectore PHILIPPO ROTHLIE-
BIO, Viro nobilissimo, vacuefacta provincia, cō-
mitteretur. Evocatus igitur Varnemundam par-
tibus suis hactenus defunct⁹ est strenuè, rerumq;
suarum satagēs, de alienis minus laboravit. Supe-
rioris autem mensis die XXVI, cum primis mor-
bo corripi cœpit, quem cùm prodromum mor-
tis pru-

eis prudens futuri adverteret, serio sibi de colligendis sarcinis (quamvis de eo & antea semper sollicitus fuerit) cogitare cepit. Quapropter antequam medecium pharmaca adhiberetur, advocari ministrum Verbi curavit, cui cum esset confessus, quam doloreret sibi, totatorumque peccatorum se reum factum, ceterum in innocencia Servatoris & morte acerbissima omnem veniam spem & consequendae vitae aeternae haberet unicè positam ac colligatam, sacratissimi corporis Dominici epulis parti & reverentiae & gaudii interioris significatione usus est. Inde permisit se totum Deo, plenus Dei, & fidei ardenterissimus, expectans fatum suum, quandocunq; veniret. Interim mature etiam accessitus Medicus, Vir Excellentissimus atq; Experientissimus DN. JOANNES BELOVIUS Med.D. celeberrimus, practicus longè felicissimus, qui quamvis præstantissima remedia adhibuerit, iis tamen parum profecit, & vita ipsius res in pejus semper ac semper prolabi capta. Donec d. IV. Mart. sub horam quintam vespertinam placidissime (sicuti hactenus vitam egerat, nemini facile negotium exhibens) & sine ullius doloris significatione, defecit, fretus integris sensibus ad extremum usq;, cum trigesimum nonum aetatis annum nondum exegisset. Qua patientia morbi mala sustinuerit, qua se fiducia animi exercevit seper, quam divinas ac aureas voces (quas ipsi ex parte

parte præbat Vir Reverendus & Clarissimus M.
JOACHIMUS ALBINUS, Ecclesiæ Varnemun-
densis Pastor fidelissimus) effuderit deniq; cùm
animā ageret, dignè, & breviter omnino dici non
potest. Pro concione funebri audietis eas prolixè.
Pietatem ex animo coluit semper: honesti ita fuit
studiosus, ut ejus curam utilitatibus suis & divi-
tiarum studio poneret semper ante. Cùm multò
præclarius esse existimaret, bonam famam serva-
re, quām inter divitias maximas malè audire. Qui
sibi potius & interno illicensori satisfacere, quām
vulgi rumores captare studebat. Hæ & aliæ ejus
virtutes, dignæ videri poterunt favore vestro ac
studio, CIVES ACADEMICI. Quapropter da-
bitis operam, ut Viri optimi exequias, quæ ad H.I.
postea futuræ sunt, prolixè exequamini. Quod
uti plenum & pietatis & humanitatis est, ita
diligenter eò incumbendum vobis
memineritis.

ROSTOCHI anno recuperatæ gratiæ
clo Ioc LIX. d. XI. Martii.

Sub Sigillo Rectoratus.

CONVENTUS futurus est in Aede D. JACOBO dicata.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77047554X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77047554X/phys_0015)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77047554X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77047554X/phys_0016)



tis prudens futuri advertere
gendi sarcinis (quamvis d
sollicitus fuerit) cogitare cep
quā medētum pharmaca ad
ministrum Verbi curavit, cu
quādoleret sibi, tot iātorū
factum, cāterūm in innocēt
te acerbissima omnem venie
dæ vitæ æternæ haberet uni
catam, sacratissimi corporis
ti & reverentiæ & gaudii int
usus est. Inde permisit se totu
& fidei ardentissimus, exp
quandocunq; veniret. Inter
cessitus Medicus, Vir Excel
perientissimus DN. JOAN
Med. D. celeberrimus, practic
qui quamvis præstantissima
iis tamen parūm profecit
in pejus semper ac semper pr
d. IV. Mart. sub horā quīnt
eidissimè (sicuti hactenus v
facile negotiū exhibens)
significatione, defecit, fretu
extremum usq;, cum triges
annum nondum exegisset.
mala sustinuerit, qua se fid
sēper, quād divinas ac aurea



bide coll
tea semper
opter ante
, advocari
t confessus,
prūse reum
ris & mor
consequen
n ac collo
i epulis pa
nificatione
lenus Dei,
um suum,
ē etiam ac
us atq; Ex
LOVIUS
elicitissim⁹,
dhibuerit,
ipsius res
cæ. Donec
titiam pla
st, nemini
us doloris
ensibus ad
sum ætatis
utia morbi
ni erexerit
uas ipsi ex
parte